ſono cantuq; conſiſtenſ. D. Quare dicitur muſica? M. Muſica dicitur per
diriuatione a muſiſ. D. Muſe cur dicuntur? M. Muſe autem apellate
apo tu maſon. id eſt a querendo. quod per eaſ ſicut antiqui uoluerunt uiſ car-
minum et uociſ modulatio quereretur. D. Quiſ muſicam inuenit? M.
Moyſeſ dicit. Repertorem muſice artiſ fuiſſe tubal. qui fuit de ſtir-
pe cain ante diluuium. Greci uero pithagoran dicunt huius artis
inueniſſe primordia. D. Unde? M. Ex malleorum ſonitu. et
cordarum extenſione percuſſa. D. Sunt adhuc alii inuentoreſ
huius artiſ? M. Alii linum thebeum. et zetum. et amphian. In muſi-
ca arte primoſ claruiſſe fuerunt. D. Que VI? M. Geometrica.
Geometrica quid eſt? Geometrica eſt diſciplina que menſuraſ
dimenſioneſq; complectitur. D. Geometrica unde nomen accepit?
M. Geometrica enim de terra et de menſura nuncupata eſt. D. Geome-
trica quiſ primum repperit? M. Geometrica primum ab egyptiiſ eſſe
reperta dicitur. Quomodo? Inundante autem nilo et omnium poſſeſſionibus
limo obductis initium terre diuidende per lineaſ et menſuraſ
nomen arti dedit. D. Que eſt ſeptima? M. Aſtronomia. D.
Quid eſt aſtronomia? M. Aſtronomia eſt aſtrorum lex que cur-
ſum ſiderum et figuraſ abitudineſ ſtellarum circa ſe et circa terram
indagabile ratione percurrit; D. Qui ſunt inuentoreſ huiuſ
artiſ? M. Aſtronomiam primum egyptii inuenerunt. D. Inter aſtro-
nomiam autem et aſtrologiam quid differt? M. Aſtronomia celi con-
uerſatio. ortuſ. obituſ. motuſq; ſiderum continenſ. Aſtrologia uero
partim naturaliſ. partim ſuperſticioſa eſt. Sed abraham inſtituiſſe
egyptioſ aſtrologiam ioſephus auctor adfirmat. Greci autem
dicunt hanc artem ab atlante priuſ excogitatam.

DE SEX ETATIBUS MUNDI MAIORIS ET MINORIS.

Peto ut mihi exponaſ rationem VI. etatum mundi. et quot generati-
oneſ. uel quot anni in una queq; earum contineant. De genera-
tionibus earum dicere poſſumus. Sed de annis diuerſa diuerſi ſentiunt. Prima
etaſ fuit ab adam uſq; ad noe. continenſ generationeſ decem.